Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/313410

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

2.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JACOBUS LUDOVICUS DIDERICUS EMANUEL VAN BRIENEN,**

**Amstelodamensis.**

A. D. I M. APRILIS A. MDCCCLIV, HORA II.

**Trajecti ad Rhenum,**

APUD J. DE KRUIJFF,

MDCCCLIV.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

# THESES.

I.

Pro judicato usucapi nequit nisi post litem contestatam reus usuceperat.

II.

Filusfamilias minor, qui jussu patris mutuam pecuniam accepit in integrum restitutionem impetrare potest.

III.

Tutor ob culpam latam remotus, non fit famosus.

IV.

Curatio prodigi, nominatim in lege XII tabularum constituta fuisse videtur.

V.

Curatio prodigi ex lege XII tabularum non spectabat universum patrimonium, sed tantum bona paterna.

VI.

Minor miles vi legis (militien) sine patris vel tutoris consensu se militiae adstringere nequit.

VII.

Minus probandum quod ad art. 222 C. C. dicit Cons. SCHULLER *zij worden verondersteld aan beide echtgenooten te zamen zijn gemaakt*, et quod dicit Ampl. DIEPHUIS *eene uitdrukkelijke verklaring was deswege noodig omdat zij anders door art.* 212 *zouden zijn uitgesloten.*

VIII.

Art. 621 § *men is* C. C. minus probanda est.

IX.

Qui fundum scriptura non interveniente emit, dominii translationem petere potest; sentential judicis autem tituli loco actis inscribi nequit.

X.

In art. 1604 C. C. deficiente instrumento locationis, probatio per scripturam non excluditur.

XI.

Art. 164 C. M. etiam prodest trassanti.

XII.

Acceptans solvere non tenetur si patet subscriptionem nominis trassantis falsam esse.

XIII.

Si convenisset, ut magister navis vectori alimenta praestaret, interrupto per vim majorem itinere, ex art. 525 C. M. vector tenetur pro rata nauli parte cibariorum pretium praestare, et minime totum.

XIV.

Quod in art. 731 C. M. de munitione bellica quae dicitur statutum est non valet de tormentis bellicis.

XV.

In art. 731 C. M. verbis, over alle andere goederen etiam navis et naulum continentur.

XVI.

Systema quod vocatur Physiocratorum falsis nititur principiis.

XVII.

Praemia exportationis nocent commercio.

XVIII.

Foenus lege definitum obstat principiis oeconomiae politicae.

XIX.

Nimis restricta definitio statisticae quam dat MOREAU DE JONÈS (in opere Elements de Statistique initio) *la statistique est la science des faits sociaux, exprimés par des termes numériques.*

XX.

Consentio HEEREN dicenti (Handbuch der Geschichte des Europäischen Staaten-systems II Theil, p. 50). *Giebt es im ganzen gebiet der Wissenschaften eine einzige, die zu einem so ganz hirnlosen Machwerk herabgewürdigt wäre als die Statistik! Ist Angabe der Zahl von Menschen und Vieh, ist überhaupt Zerlegung des Staatskörpers schon Kunde des Staats?*

*So wäre auch der Anatom ein Menschenkenner, weil er Cadaver secirt!*

XXI.

Recte de pentarchia quam dicunt potentissimarum Europae civitatum ita concludit Cons. LIPMAN (Gesch. van de Staatkunde der voornaamste mogendheden van Europa, deel I p. 20), *men noeme dit het stelsel van suprematie, van overwigt, van overmagt, van bescherming, zoo men wil, er is hier geen spoor van evenwigt te ontdekken.*

XXII.

Concilium commune Germaniae quod Francofurti ad Moenum denuo constitntum est, inde ab anno 1848 auctoritate sua nunquam penitus destitutum fuit.

XXIII.

Recte ut mihi videtur, dixit ARENDT in opere (Œssai sur la neutralité de la Belgique, p. 67). *Pour que la neutralité de la Belgique en cas de guerre soit assurée, il ne suffit pas que les puissances, qui pourraient la violer, soient portées par leur intérêt à la respecter il faut encore, et c'est la une condition tout aussi indispensable, que la Belgique elle même sache la maintenir et la défendre sérieusement et fortement.*

XXIV.

In art. 57 § 3 Legis Fundamentalis, verba *wettelijke regten betreffende* sunt dubiae significa-

XXV.

Pax anno 1778 in oppido Teschen condita nimiam quippe vim et auctoritatem tribuens Russorum imperatrici in Civitates Germaniae, conditionem Europae labefactavit.

XXVI.

Libertas suffragii in art. 92 Leg. Fund. art. 74 Leg. Prov. et art. 47 Leg. Munic. concessa, nimis late patere mihi videtur.

XXVII.

Poena mortis servanda est.

XXVIII.

Non requiritur delicti confessio ad gratiam impetrandam.